

<sup>10)</sup> 1433 III 4 schrieb Kg. Sigismund an Hg. Wilhelm von Bayern über die Verdienste Jakobs von Sierck, als dich dann des...meister Herman Rost (der in Nr. 162 genannte Mainzer Dekan von Maria ad gradus) ... eigentlich wirdet underwisen (RTA X 761 Nr. 440). Die naheliegende Schlüssefolgerung, Rost sei beim König in Siena — so RTA X 619 und danach noch Meuthen a.a.O. 23 —, setzt voraus, daß er, da er 1433 II 18 noch in Basel weilt (CB II 352), zu ungünstiger Jahreszeit in höchstens 14 Tagen nach Siena gereist ist. Die Formulierung des Königs schließt aber nicht aus, daß Rost die Information über Jakob nicht in Siena, sondern durch schriftliche Mitteilung nach Basel erhalten hat. Es ist deshalb sicherer, seine letzte Nennung in Basel 1433 II 18 als terminus post quem für Nr. 162 zu benutzen. 1433 III 9 (s. u. Nr. 163) weilte er jedenfalls nicht in Basel und war wohl schon, wie die Bemerkung im Protokoll vermuten läßt, rheinabwärts unterwegs.

<sup>11)</sup> S.o. Nr. 136 Z. 29 mit Anm. 2.

### 1433 März 9, Basel.

Nr. 163

Konzilsprotokoll. NvK als Prokurator des Trierer Klerus und als Konzilsbeauftragter.

Kop.: PARIS, Bibl. Nat., lat. 15623 (s.o. zu Nr. 102) f. 126<sup>v</sup>–127<sup>r</sup>.

Druck: CB II 367f.

Erw.: Meuthen, Trierer Schisma 151.

In deputacione pro communibus procurator cleri Treuerensis requisivit, ut sepe, committi causam iudicibus... Relatum est eciam pro parte deputationis fidei, quod ipsa deputacio elegit dominum cardinalem sancti Petri ad vincula, auditorem domini legati<sup>1)</sup> et N. de CoBa ad providendum de correctore litterarum et auditore contradictarum. Quo ad requestam procuratoris cleri et diocesis Treuerensis placuit maiori parti, quod causa committatur iudicibus, ita tamen quod iudices nichil in eadem faciant usque ad regressum domini decani Maguntini.<sup>2)</sup>

<sup>1)</sup> Kardinal Cervantes und Johannes de Palomar.

<sup>2)</sup> S.o. Nr. 162 Z. 29f. mit Anm. 10.

### zu 1433 März 13, Basel.

Nr. 164

Bericht im Liber diurnus de gestis Bohemorum in concilio Basileensi.<sup>1)</sup> NvK in der Konzilsauseinandersetzung mit den Böhmen.

Kop. (1450/70): PRAG, Archiv Pražského bradu, ehemals Bibliotheca capituli ecclesiae metropolitanae O.XXIX (vgl. dazu MC I p. XVIIIf.) f. 36<sup>v</sup>.

Druck: MC I 328f.

Erw.: Krchňák, Čechové 154f.

In der Stube bei den Dominikanern finden an diesem Tage Verhandlungen der Konzilsväter mit den böhmischen Gesandten statt. Et fuit eciam dux<sup>2)</sup> in stuba inter nos primum per se ipsum loquens et optans unionem et dolens de licencia capta. Postea per doctorem quendam iuris Nicolaum<sup>3)</sup> allocutus est nos per multa verba, scilicet, si posset disponere susceptionem articuli de communione utriusque speciei laicis libertati, utrum in aliis articulis vellemus contentari.<sup>4)</sup> Responsum tamen ei non dabant pro tunc ullum,<sup>5)</sup> quia videbatur nos venari, in aliis veritatibus timemus dampnari per eum. Item dixit: Concilium Constanciense servavit sibi auctoritatem communionem unius speciei mutare, dum videret expedire. Item idem concilium dampnat tantum illos, qui dicunt sacrilegos esse sub una specie communicantes.

<sup>3</sup> iuris Nicolaum am Rand ergänzt      <sup>5</sup> contentari: contemptari verbessert aus contemplari      <sup>8</sup> Item am Rand ergänzt.

<sup>1)</sup> Der Herausgeber F. Palacký schrieb das Werk dem Žižka-Anhänger Peter von Saaz zu. Neuerdings hat F. M. Bartoš, Nový historik táborský, in: Sborník historický 2 (1954) 97–103, statt dessen den Taboriten Vavřinec von Reichenbach als Verfasser ermittelt.

<sup>2)</sup> Hg. *Wilhelm von Bayern, der Konzilsprotektor.*

<sup>3)</sup> NvK. Über sein Gespräch mit den Böhmen vgl. Hallauer, *Glaubensgespräch* 53–56, mit weiterer Literatur dazu, insbesondere Krbchák, Čechové.

<sup>4)</sup> Die 4 Prager Artikel, die nach der für die Verhandlungen auf dem Konzil maßgeblichen Fassung von 1431 VII 21 (MC I 147; s. Jacob, *Bohemians* 83) lauten: 1) ut divinissimum corporis et sanguinis eius sacramentum per ministros ecclesiae fidelibus ministretur; 2) ut verbum domini libere, publice et veraciter per eos, quorum interest, praedicetur; 3) ut civile dominium, veluti lethale virus, auferatur a clero; 4) ut publica et potiora crimina per legitimas potestates a plebibus fidelium extirpentur. Dazu letzterns P. de Vooght, *La confrontation des thèses hussites et romaines au concile de Bâle*, in: *Recherches de Théologie ancienne et médiévale* 37 (1970) 97–137 und 254–291 (mit Lit. 291 Anm. 447).

<sup>5)</sup> Vgl. dazu Jacob, *Bohemians* 118.

### **zu 1433 März 14, Basel.**

**Nr. 165**

Bericht im Liber diurnus de gestis Bohemorum in concilio Basileensi. NvK in der Konzilsauseinandersetzung mit den Böhmen.

Kop.: PRAG, Archiv Pražského hradu (wie Nr. 164) f. 37<sup>rv</sup>.

Druck: MC I 329f.

Erw.: Krbchák, Čechové 157–59.

In der Stube bei den Dominikanern werden am Morgen die Verhandlungen vom Vortage fortgesetzt. Responsum per Beneschium duci Vilhelmo dedimus sic: Vos dixistis, si concordaremus in primo, qualiter in aliis tribus et aliis obiectis omnibus articulis concordia fieret, quia per disputacionem de singulis non expedit, quis scit finem? Respondemus, secundum iudicem omnia volumus terminare, eciam si hodie fieri posset. Secundo optamus, quod nullus aliter nos interpretetur, nisi quod secundum iudicem omnia intendimus ab ambabus partibus electum terminare, et sic vivere. Ideo tot dampna perpassi sumus. Consilio capto dux per Nicolaum respondit supra memoratum in latinis: Dominus dux heri dixit, si concordia in primo reperiretur articulo, quia est sacramentum unionis, ut post sine disputacione unum corpus secundum apostolum existentes iuxta iudicem electum diffinire cum concilio ceteros articulos vos obligetis, quia quid unio in uno valeret articulo et reliquis discordia permanente? Ad quod nostri consilio habito per Martinum de Chrudim responderunt: Illam incorporacionem seu unionem, per quam unum corpus effecti, non bene percepimus, ad quantum se extendit, videntes ex ea quedam nobis imminere pericula. Ideo ut nos securius agamus, optamus in scripto illam incorporacionem, ut visa forma, quid bonum fuerit, teneamus, et si quod malum, repudiemus. Consilio igitur capto iterum Nicolaus doctor ex parte ducis respondit clarius, incorporacionem cum concilio unionem totalem expressit, subiungens, quod dominus dux fraterne a se ipso motus et a nullo monitus se mediatorem posuit, si ad aliquem sanctum finem deducere posset. Cui consilio habito Vilhelmus Costka ex parte omnium dixit: Timemus, ne quid insecure faceremus, per quod involvi possemus; ideo petimus, ut cum concilio loquamini, de incorporacione scriptum nobis detis, cui responsum dabimus habita deliberacione. Dux ergo prehabito consilio respondit, quod nullum dolum intenderet, sed vellem, si eciam hodie fieri posset, cum concilio loqui, ut formam incorporacionis eis daret. Et sic recessimus, et nostri neglexerunt illo die coram congregato concilio licenciam recedendi capere.

4 Respondemus verbessert aus Respondimus 10 permanente: permanentem 12 percepimus verbessert aus recepimus 20 quod am Rand ergänzt.

### **zu 1433 März 15, Basel.**

**Nr. 166**

Bericht im Liber diurnus de gestis Bohemorum in concilio Basileensi. NvK in der Konzilsauseinandersetzung mit den Böhmen.

Kop.: PRAG, Archiv Pražského hradu (wie Nr. 164) f. 37<sup>v</sup>–39<sup>r</sup>.

Druck: MC I 330f.

Erw.: Krbchák, Čechové 159–65.